Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

plures aliquando necabamus. Que res nos per
duas horas in eo opere sollicitos tenuit. Potata
aqua minores abire ceperunt serpentes. maiores
autem cum ingenti nostro gaudio latebras petierunt.
Tum ad horam noctis terciam aliquam nobis sperantibus
requiem. binorum ternorumque capitum cristati serpen
tes iudici venerunt. columnarum crassitudine
consimiles. aliquanto preceriores. ad potandam
aquam exeuntes montium speluncis processere.
oribus squamisque suis humum atterentes. quorum
pectora erecta. cum trisulcis linguis fauces
exercitabant. scintillantibusque oculis veneno.
quorum halitus quoque pestifer erat. Cum hisque hora
amplius una debellati sumus. amissisque xxx.
servis. et xx. militibus. orabam macedones. ne
adversis casibus cederent neve deficerent animo in
periculis. quamquam et ipsorum dura esset paciencia.
omnes se officiebant operi. Post hunc discessum ser
pentium. cancri non modice multitudinis
venerunt corcodrillorum pellibus tecti ad castra.
Que prodigia duriora thorace ferrum respue

De cancris et aliis bestiis [illegible]